¶ Dum calor est et pulchra dies formica laborat
Ne pereat dum nix venerit alta fame
Sit iuuenis dum tempus habet sudoribus aptum
Querat quo possit lasa senecta frui

¶ Ponit aliā parabolā dicēs: ꝙ formica estate calida dieq̄ claro vigēte incessanter pro victu laborat suamq̄ promissionem faciens domuculam suam granis replet vt dum hyems aduenerit & nix super terrā ceciderit inde viuere possit absq̄ labore: similiter iuuenis dum tempus habet & corpus aptum laboribus incessanter labore debet vt senectute adueniente de suis proprijs laboribus sine approbio id est estas es: & pulchra dies est / ne p vt et non pereat fame dum pro quādo quādo nix alta venerit: sic iuuenis querat illud / quo senecta id est senectus: lassa. i. lassata / posset frui. id est vti / dum pro quando: quādo habet tempus aptum. id est conueniens / sudoribus. i. laboribus. ¶ Versus. Dum iuuenes estis & tempus habere potestis. Cur non adiscitis ne tanq̄ bestia sitis

¶ Non adeo sublime leuat leuis ala volucrem
Quin redeat rursus rura relicta petens 
Non ita subuectos rota surgens tollit in altum
Quin vergens illos rursus ad yma ferat.

¶ Ponit pa. d. ꝙ ala. nō intantū eleuat suā volucrē in altū quin adhuc speret ad yma loca redire. s. ad terrā. sicut rota fortune non intantū eleuat hoiem q̄n adhuc speret illum deprimere & ad yma loca redire. ¶ Con. ala leuis non leuat volucrem. i. auē adeo sublimere. i. intantū alte. q̄n redeat rursus potēs rura relicta. i. demissa sic rota. s. fortune / surgēs nō tolli. i. non portat in altum subnectos. i. sublīgatos. sibi ita intantum / quin vergens. i. portans illos ferat rursus ad yma.

¶ Ebrius ante bibit q̄ nuseat. ante ligurit
q̄ vomat: ante leuat q̄ pede firmus eat 
Non sic in nobus nec est sic, ordo retentus
Ante docere modo q̄ didicisse iuuat

¶ Ponit aliā para. d. ꝙ ebrius bibit anteq̄ nauseat: & gulosus comedit anteq̄ vomat: et homo surgit anteq̄ vadat sed hic ordo non est hominibus quia homines

volunt citius esse magistri q̄ discipuli. ⁊ citius dn̄i q̄ servi. ⁊ sic de aliis. ¶ Con. Ebrius bibit anteq̄ nauseat ⁊ ligurit anteq̄ vomat levat. id est surgit anteq̄ sit firmus pede. non est suple. sic in nobis nec est ordo retent⁹ sic in nobis. iuvat modo docere anteq̄ didisse.

¶ Non emitur care res legibus empta fororum
Venditor et emptor sunt ibi mente pares
Sed nichil est q̄ sit sub celo carius emptum
Q̄ quod emunt longe fronte rubente preces

¶ Ponit pa. d. q̄ res empta legibus foro᷑. i. realiter ad modū mercātiarū in foro sive in mundinio nō emitur care. sed nichil emptum carius sub celo est q̄ illud quod per longas preces emitur et cum maxima verecundia. ¶ Construe. res empta legibus. id est consuetudinibus fororum non emitur care. venditor ⁊ emptor sunt ibi mente pares. id est concordes / sed nichil pro non ⁊ aliq̄d aliquid non est sub celo q̄ sit enptum carius q̄ illud quod longe preces emunt fronte. id est facie rubente. id est verecundante.

¶ Dentibus attritas rursus bos ruminat herbas
Ut totiens trite sunt alimenta sibi
Sic documenta tui si vis retinere magistri
Sepe recorderis que semel aure capis

¶ Poni pa. d. q̄ bos herbas per eū comestas sepius ruminat ⁊ atterit ut sic attrite levius in stomacho digerant. Sic si tu velis retinere documēta tui doctoris q̄ semel aure concepisti: portet ut ea sepe recorderis in mēte. ¶ Con. bos ruminat rursus herbas attritas dentibus. ut ipse herbe suple. trite totiens sint alimenta. i. nutrimenta sibi. sic recorderis sepe documenta tui magistri que capis. id est concipis vel percipis semel aure. id est per aurum. si vis retinere.

¶ Follibus inclusas faber inprobus excitat auras
Dum ferrum durum molleat ipse focus:
Sic ortus furor intus agit precordia stulti
Dum reddit molles agone vires

¶ Ponit parabolā. d. q̄ faber excitat ventum inclusum in follibus contra ignem quousq̄ ferrū exn̄s in ipso igne fiat molle. sic furor vel ira inclusus in corde agitat corpus hois in litis agone quousq̄ ipsū corpus moliat ⁊ fiat debile viresq̄ suas ac intellectū perdat et homo fiat quasi mutus ⁊ insensatus. ¶ Cō. faber improbus excitat auras. i. ventū inclusas follibus. i. illis instrumentis. dum. id est donec ipse focus moliat ferrum durum. sic furor. id est ira ortus / intus agit. i. est agitat / precordia hominis / stulti dum. id est donec reddit vires molles agone litis.

¶ Voce melorum latebris artentur anagri
Exit et ipse canum dente timendus aper
Sic et presbyteri viciosos urgere debent
Et nisi peniteant ense ferire dei

¶ Ponit parabolam dicens q̄ asini silvestres voce leporariorū coguntur exire latebras sive foveas ⁊ etiā aper quod est aial valde timēdum similiter exit foveam canibus mordentibus eum. similiter presbyteri qui sunt canes ecclesiam custodiētes viciosos ⁊ malos homines querere debent et illos castigare dēte. id est sermone. ⁊ nisi se vellint emendare debent eos ense iusticie punire. ut ceteris cedant in exemplum. ¶ Construe. onagri. i. asini silvestres / artentur. i. coguntur exire late

bris.id est locis obscuris. voce molorosū.i.illorꝫ magnorꝫ canū.ꝙ pro et aper.i.porcus silvestris timendus id est dubitabundus exit dente canum.id est canibus cum mordentibus sic presbyteri debent vrgere.i.arguere viciosos homines suple ⁊ nisi ipsi viciosi peniteant/ipsi pb̄ri sup.debent ios ferire ense dei.i.iusticia.

¶ Et diues et miser fuit olim rex mida.diues
Auro sed vite conditione miser
Si custos sansus:sic omnis viuit auarus
Dum nichil et multum possidet ipse boni

¶ Dicit actor ꝙ rex mida sic appellat⁹ fuit potens et ꝙ̄ maxime diues et plenus opibus mundanis sed fuit miser et pauper conditione sue vite sic auarus ⁊ custos census multa temporalia possidet bona.et tamen nichil boni possidet cum sei pluꝫ non possideat ¶ Construe rex mida fuit olim diues et miser/fuit inꝙ̄ diues auro sed fuit miser conditione vite.sic omnis custos census.i.pecunie.viuit sic. id est taliter.et nichil pro non et aliquid et non possidet aliquid boni.

¶ Hesperus astrorum se prefert vespere primum
Et facit immensum quo micat ipse iubar
Sic cito non trade si monstrat egentibus ille.
Qui clarum gimini lumen amoris habet.

¶ Dicit actor ꝙ hesper⁹ est q̄dā stella q̄ precedit alias stellas in vespere et primo monstratur hoibus ꝙ alie . et de se tantā claritatem emittit et si ceteris stellis et toti mūdo suā claritatē prebere vellet.sil'r vir sanctus ⁊ iustus ac amic⁹ cordialis se prefert pauperibus et amic⁹ ꝙ̄ citius pōt quib⁹ sua bona dispergit.et iuxta possibilitatē succurrere paratus est. ¶ Construe.Hesperus.id est illa stella prefert se primū astrorū vespere.et facit iubar immēsum quo ipse.s.hesperus micat. sic ille monstrat se egentibus.i.indigentibus cito et non tarde qui habet lumen clarum amoris gemini.id est duplicati.siue fortificati.

¶ Eolus ingentes ventorum temperat iras
Et mare neptunus sepe tridente domat
Sic sese dominus faciat feritate timere
Qui regimen magne gentis habere cupit

¶ Ponit pa.ꝙ eolus q̄ est ventus pacificus sepe pacificat ingentes iras ventorꝫ sed neptunus deus maris magna crudelitatate sua temperat mare impetuosum sic similiter homo cōstituins i dignitate et potentia sub se multos subditos habēs sub pedibus illos tenere debet et quandoqꝫ grauiter punire vt ab eis timeat ⁊ ne ipsi contra eū insurgāt et eleuēt. ¶ Cō.eolus tēpat iras igētes.i.magnas vētorꝫ et neptun⁹ de⁹ maris tēpat iras ventorꝫ mare tridente.s.crudeli.sic dn̄s faciat sese timere feritate.i.crudelitate qui cupit habere regimen magne gentis.

¶ Bella mouet citius cui desunt cornua thaurus
Q̄ꝫ qui cornua fronte ferire potest.
Sepius in vico pueros pugnare videmus
Q̄ꝫ validos homines quis solet esse vigor

¶ Ponit parabolam d.ꝙ thaurus iuuenis qui nūdū cornua gerit sepius nititur bella q̄ꝫ magni thauri qui magna gerunt in capite cornua.simimiliter sepius videmus bellare pueros iuuenes ⁊ etiam miseros homines nullam potestatem habētes q̄ꝫ homines robustos potentes. ¶ Construe·thaurus cui cornua desunt mo-net citius bella q̄ꝫ thaurus qui potest ferire fronte cornuta . Sic videmus pueros

ponare sepius in vico ꝙ homines validos : id est potentes et robustos. quis: id est quibus vigor solet esse.

¶ Impaciens aratri si bos iungatur aratro
Tortam non rectam capit arando viam
Sic sunt qui retrahunt gradientis sepe retrorsum
Cum videant illos carpere lucis iter.

¶ Ponit aliā parabolam dicens: ꝙ si bos indomitus iunga tur aratro cum alio bone deuiat a via recta inquantum potest ꝛ alium bouem secum trahit/ nec sinit eum rectam viam pergere. similiter si mali viri iungant cum bonis ꝛ videant bonos rectam vitam pergere deuiant illos inquantū possunt vt teneant viam tortam/ nec sinunt illos face bonū quod proposuerāt. ¶ Cō. si bos impatiens. i. indomit⁹ migratur aratro. capit viam tortam arando et non rectam. sic sunt illi suple. qui retrahunt sepe gradientes/ iter rectum sup. retrorsum: id est econuerse/ cum videant illos. scilicet bonos carpere. id est capere. iter lucis.


¶ Cum niue cum pluuia cum grandine vertere capras
Ac niti contra fronte videmus oues
In iustos fruas ira nephas iniuria captant)
Sed iustus tote corde resistit eis

¶ Dicit actor ꝙ nos videmus capras ꝛ oues vertere cornua cōtra pluuiā grandinē ꝛ niuez quibus resistunt sic etiā boni hoies resistunt malis per suā constantiam. ¶ Con. nos sup videmus capras et oues vertere ac pro et niti. i. bellare cōtra fronte. i. cum fronte cū niue cū pluuia ꝛ cū grandie ira nephas ꝛ iniuria captant. i. tendūt iiustos. i. contra iustos. sed iust⁹ homo sup. resistit eis toto corde.

¶ Non potis est pelagus leuiter transire liburnus.
Ni sit qui remis currere cogat eum
Non valet ad metam cursum producer curser
Ni sibi pes et spes auxilientur ei

¶ Ponit pa. d. ꝙ liburnus est nauis q̄ non potest trāsire mare nisi habeat cōductorē qui ducat eā remis. siīr cursor ad metas suis cursus ire non valet sine pedib⁹ et volūtate currendi vel eundi Unde per hoc vult actor innuere ꝙ aliquod opus perficere non possumus nisi que sunt necessaria habeamus. Unde tria sūt necessaria ad opus perficiendū. s. posse. scire velle de quibus si desit vnū opus inceptum perficere non valem⁹. Unde catho. Quod potest id cēta. Con. liburnus. i. illa nauis non est potis. id est potens/ trancire leuiter pelagus. id est mare ni pro nisi. nisi sit aliquis sup. qui cogat eum currere remis. cursor non valet producere cursum ad metam. ni pro nisi. nisi pes et spes auxilentur ei.

¶ Longus ille videt qui multis spectat ocellis
ꝙ cui dat visum solus ocellus homo



Jd circo vaccam seruandam tradidit argo.
Sponsa iouis iuno: non poliphebe tibi



¶ Ponit barabolā dicens. ꝙ ille longius videt q̄ plures habet oculos ꝙ qui vnicum ocellum habet. quare iuno sponsa ionis dedit vaccā seruādā argo qui centuz abebat oculos / ꝛ nō poliphebo qui solū ocellū habebat quasi diceret ꝙ tu nō debes plus. tredere. tui soli opinioni vel opinioni siue cōsilio solius hominis ꝙ plurium hominum: q2 vt cōmuniter dicitur plus vident oculi ꝙ oculus. ¶ Cō. ille q̄ spectat, id est respicit multis ocellis. i. oculis vidit longius ꝙ homo cui solus ocel

lus id est oculus dat visum. Idcirco. id est ꝓpter hanc causam: id est polipheus lu-no sponsa iouis tradidit vaccam seruandam argo. id est illi homini oculos haben ti/ non tibi quia non habebat nisi solum oculum.

¶ Uim minus exercet qui late spargitur ignis.
Quam cui collecte vim tribuere faces
Fortius inuadit qui vires colligit hosti
Quam qui dispersis viribus instat ei.

¶ Dicit quod ignis congregatus maiorem emittit calorem quam dispersus et segregatus. similiter gentes simul existentes in bello sunt fortiores quam dispersi et segregati. ¶ Con. ignis qui spargit late exercet vim minus quam ignis suple: cui faces collecte. i. ligna simul collecta tribuere. i. tribuerunt vires. ho. sup. qui colligit. id est simul aggregat vires. id est bellantes: inuadit fortius hostem quam ille sup. qui instat. i. obuiat ei. s. hosti dispersis viribus: id est segregatis et speratis bellantibus.

¶ Pessimus est hostis qui benefeceris illi
Fortius insurgit bella mouenda tibi.
Sic cari fac velle simul si bella moueri
Uis tibi: si pacem colla domato fame.

¶ Ponit aliam pa. d. quod non est hostis pessimus quam ille qui reddit malum pro bono quare si habeas hostem non des ei supra te potestatem nam si dominetur tibi multum nocere poterit. Similiter cum caro nostra sic inimicus noster mortalis non debemus ei dare potestatem supra nos. id est supra spiritum nostrum cum habeamus eam in potestate nostra: sed debemus eam sub iugo tenere et fame ac abstinentiis seu penitentiis domare. ne contra nos insurgat. versus. Luxuriat caro non bene pasta caro. ¶ Construe. hostis est pessimus qui insurgit fortius tibi. id est contra te bella mouendo. cum pro quando quando tu beneficeris illi. Sic fac carne velle sum si vis bella mouerit tibi. et si vis inquam moueri tibi pacem domato colla scilicet carnis fame.

Tercium capitulum.

Non teneas aurum totum quod splendet vt aurum.
Nec pulchrum pomum quod libet esse bonum.
Non est in multis virtus quibus esse videtur.
Decipiunt falsis lumina nostra suis
Plus aloes quam mellis habent in pectore tale
Quos sanctis similis simplicitate putes

¶ Hic incipit tercium capitulum huius libri in quo proceditur per sex et sex metra. et primo ponit parabolam dicens. quod totum illud quod splendet vt aurum non est aurum. et omne pomum pulchrum licet videatur bonum tamen non est bonum. similiter multi sunt homines qui videntur esse sapientes qui tamen non sunt/ et multi videntur esse veraces qui sunt falsissimi: et plures videntur esse sancti qui tamen sunt pessimi. qui ab extra vestiti sunt vestibus ouium et innocentium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces vt habetur in euangel. et etiam multa videntur nobis bona que tamen sunt pessima: ¶ Construe. non teneas totum illum quod splendet vt aurum esse aurum nec teneas quodlibet pomum pulchrum esse bonum. sic virtus que videtur esse multis non est. s. in illis tales homines sup. decipiunt lumina nostra id est oculos nostros sine mentem nostram/ suis falsis luminibus sup. tales habent in pectore. i. in corde plus aloes id est amaritudinis vel falsitatis quam mellis. i. dulcedinis vel veritatis quos scilicet supradictos. putas esse suple similes sancto simplicitate. i. santitate.

Morsibus aggreditur lignum capra quo religatur
Cum sibi nil detur quod lacerare queat
Quis delicias cupiat tibi quisqz necesse
Ut cupiant omnes id quod habe requeunt
Nil potes optare magis vel quere nobis
Quam quod vel quantum vult deus ipse dare

¶ Ponit pa. di. quod capra nõ hñs qd comedere. corrodit suũ presepe. sic eciã oẽs cupiant esse divites tñ necesse est vt solũ capiãt bona q̃ sibi accidere possunt. quia non oẽs possunt esse divites nec sibi prodest plures divitias querere quam deos non velit nobis prestare. ipse enim deus scit quibus indigem⁹ ad salutem corpois z anime ¶ Construe. capra aggreditur morsibus. illud sup. quo lignum religatur nil pro non z aliquid cum aliquid aliud non detur sibi / qd lacerare queat quamuis quisqz. i. quilibet cupiat divitias esse sup. sibi est necesset vt oẽs capiant id. id est illud qd queunt id est possunt habere. optare vel querere mag's. quam tot suple. vel quam tñ ipse deus vult dare. nil pro non z aliquid non prodest nobis aliquid.

¶ Ad vado neptum fontes et flumina currunt
Et quocunqz potest currere currit aqua
Post valles quas semper amat dilabitur vnda
Et collos odio quas habet illa fuit
Quis satis est his plura fluunt his vndiqz fertur.
His datur his emitur pauper vbiqz iacet:

¶ Dicit quod aqua naturaliter descendit deorsum z querit societatem aquarum m. s. mare z magni fluuii naturaliter pergunt illuc / z parui fluuii redeunt ad fluuios et coniu iguntur illis sed nunquam mare ascẽdit per fluuios nec fluui⁹ per riuulos sed econuerso maior quantitas aqua trahit ad se minores aquas similiter est de divitiis huius mundi q̃ semper tendunt ad ditiores z potentiores vbi est congeries ipsarũ divitiarum. z vix ad pauperes diriguntur cũ in illis nullis nulla sit divitiarum congeries. sed eos fugiunt z descendunt ad potentes z sic maior quantitas divitiaruz attrahit ad se minores. vt fortificentur ibidẽ. ¶ Con. fontes z flumina currunt ad vada neptum. i. ad mare / et aqua currit quocuqz põt currere. vnda id est aqua dilabitur semper post valles amat z illa. s. aqua: fugit colles id est montes quos habet odio plura. i. plures res fluunt his quis. i. quibus satis est. id est plura bona seu divitie sunt fertur his. s. supradictis vndiqz datur his emitur his pauper iacet vbiqz. Et nota quod tria verba que ponuntur in littera scilicet fertur / datur z emitur sunt verbo impersonalia.

¶ In boream zephirum conuerti sepe videmus
Nomine mutato rursus et hunc in eum
Non tamen ammiror de tempore si varietur.
Cum sic cunctorum conditor ipse velit
Sed miror miranda nimis vaga corda virorum
Cur totiens mutant se prohibente deo

¶ Ponit aliam parbolã dicens. quod zephirus. i. ille vẽtus sepe mutatur in boreã et ecõuerso nec ecõuerso nec miret si tps varia. cu deus ita velit et ordinauerit. sed multum ammiratur cur nõ hois mutet de bono in malũ cũ ipse de⁹ nolit. ¶ Cõ nos sup. videmus spe zephirum id est illũ ventũ cõuerti in boreã z videmus sepe

hunc.s.boream cōuertit cursus in hunc.i.in zephirum nolo mutuo.et ego sup. non ammiror de pte sr.ipm tps sup.varietur cum ipse conditor cunctorum.deus velit sic.sed miror mirando nimis.i.valde / cur.i.quare corda vaga virorum mutant se totiens deo prohibente.

Non aliam legem patitur fur quam latro captus
Quamuis de nocte fur erat:ille die
Non minus hic peccat qui censum condit in agro
Quam qui doctrinam claudit in ore suam
Absit commissum sine lucro ferre talentum
Ne seruos nequam nos docet ira dei

¶ Ponit aliā parabolā d.q captus nō nimis ponit quam latro: nec econuerso:licet fur erat de nocte et latro de die. Nec ille minus peccat qui pecunias abscōdit in agro quam ille qui scientia suā abscōdit nec alios vult docere. Quare diuitias male acqsitas et sine lucro.i.sine pena tenere non debemus:ne ira dei docet nos seruos nequam et prauos/et mitatur in tenebras exteriores. ¶ Construe. fur captus non patitur aliā legem.i.punitionem quam latro:quamuis fur erat de nocte.et ille.s.latro/et erat de die.ille sup.qui abscondit censum.i.pecuniā:in ore suo ferre.i.portare vel tenere:talentū .i.pecuniam cōmissam.i.acquisitum sine lucro.id est sine labore vel peno absit.ne pro vt et non vt ira dei nō docet nos seruos nequam.i.malos.

¶ Non opus est somno syrenes ingredienti
Nec sibi qui studio falsa cauere volet
Sepe stilum vertit qui versum vertere debet
Dentibus et vngues scalpit et vsque caput
Querit ea primum que postea ponere possit
Non apte queuis verba locare potes

¶ Ponit aliā para.d.q opus sōni vel dormitionis nō est intardi picula vel certamina et etiā ille dormire non debet qui custodiose vitare vult falsa.i.falsitates et deceptiones mundi: et versificator vertēs versū vertit sepe materiā versus et ille quo suas rodit vngues dētibus dū caput suū scalpit non facit cōueniens nec honestum.Et ita sicut predicta non veniunt ad ppositum imo quandoque nocent.sic non oia verba veniunt ad ppositū nec sunt dicenda:quia quandoque nocent. Unde sex conditiones requiruntur ad bene loquendū que continetur in hoc versu. Quis quid cui cur quō qn requiras. Et latius cōtinentur in libro de modo dicēdi et tacendi. ¶ Con.opus sōno non est ingredienti syrenes.i.pericula:nec opus sōno: est illi suple qui volet cauere falsa siue studio.i.studiosis.ille suple qui debet vertere versum vertit sepe stilum id est materiam:et ille sup.qui est. id est comedit vel rodit. vngues dentibus.et scalpit caput vsque querit primū.i.primo:ea que possit ponere postea. Si tu sup.nō potes loquare queuis verba apte.i.conuenienter.

¶ Tersites numerum non vires auxit achiuis
Inops virtutis garrulitate potens
Sic inter sacos alphinus inutilis erat
Inter oues bubo:furus et inter apes
Inter narrantes chi ffaram iuuat esse figuras
Et vult multociens anticipare locam

¶ Ponit aliā pa.d.q tersites fuit homo inutiles et carens virtutibus.sed garru

litate plenus: hic positus inter grecos debellantes contra hostes bene creuit eos numero: sed non viribus. sic alphinus inutilis stat sepe inter scacos. i. in ludos sca corum: et bubo stat inutilis inter aues: ꝛ fucus inter apes / ꝛ chiffra: scilꝫ zero sepe stat inter ceteras figuras numerales: quas multotiens vult precedere licet de se nichil valeat silr multi sunt hoies miseri ꝛ inutiles q̄ antecedūt viros prudentes et prouidos atqꝫ sapientes / ꝛ q̄uis sint insipientes tamen pre ceteris audiri volūt similiter multe sunt mulieres meretrices ꝛ infames qui volunt precedere probas et eas spernere non verecundantur. ❡ Construe. tersites. id est ille homo / inops id est pauper virtutis: ꝛ potens garrulitate. id est plenus verbis auxit. id est creuit numerum ꝛ non vires achiuis. id est grecis sic alphinus inutilis extat. id est stat in ter scacos. i. illo ludo / bubo stat inutilis inter aues ꝛ fucus stat inutilis intre apes Et iuuat verbum impersonale thiffaram. id est aliam figuraꝫ / inter figuras nar rantes: numerum suple. et chiffra suple. vult multotiens anticipare locum: scili cet aliarum figurarum.

❡ In stantes superat ismos breuis insula fluctus
Et pacem gemini continet vnda maris
Dum possunt thauri concurrere fronte minaci
Dum buculum pastor subleuat inter eos
Apula gens lucanaqꝫ semper bella mouere
Et rabiem media gens venusina vetat

❡ Ponit parabolā d. ꝙ ismos est insula in mari q̄ licet sit parua tamen semper resistit mari / nec mare potest illam suis fluctibus subuertere: immo semper supe rat mare. silr thauri licet sint magni et fortes: tamē adueniente paruo pastore se inuicem ferire non audent. silr gens lucana ꝛ gens apula sic apellate adinuicem bella mouerunt qui licet multe ꝛ magne essen: tñ gens venusina que parua erat in q̄ntitate ꝛ numero alias gentes superauit. Per hanc parabolā docet nos actor vt si simus potentes ꝛ diuites non capiamus iurgia cum pauperibus ꝛ paruis ho minibus: quia multotiens diues superasatur a paupere / potens sponte / magnꝰ a paruo / fortis a debili: vt patet in littera. Et communiter dicitur ꝙ paruus la pis magnum currum sepe subuertit. ❡ Construe. isnos existens suple. insula bre uis. i. parua superat: id est expectat fluctus instātes. id est sibi obuiantes: hec id est insula continet pacem maris gemini. id est geminati vel multiplicati vnda. id est per paruas vndas thauri non possunt carere fronte minaci / dum pro quando pa stor subleuat baculū inter eos: gēs apula ꝛ gēs lucana. id est ille gentes sic par ap pellate / mouere. id est mouerunt bella: scilicet ad inuicem et gens venusina. id est sic appellata vetat id est prohibet vel defendit / rabiem. id est furorem predictarū gentium sic bellantium.

❡ In cauea propria fit attrox et aspera vulpes
Que potius fugeret si foret illa foris
Improbus et mordax canis est in limite noto
Dum videt auxilium vim sibi ferre canum
Inter consortes audatior est homo neq̄
q̄ sit in extraneis hoste minante locis

❡ Ponit para. dicens. ꝙ vulpes exñs in propria cauea est atrox mordax ꝛ aspera que foret extra fugeret: ꝛ canis multis alijs canibus associatus est atrox ꝛ mordax qui si solus esset fugeret. A simili homo neq̄ et prauus ꝛ iniquus existens inter so cios est iniuriosus / loquax / ꝛ audax ad inuadendum aliquem qui si foret solus ta ceret. et fugeret. ❡ Construe. vlpes fit atrox. i. crudelis ꝛ aspera in caueas propria

que.i.vulpes fulgeret potius.i.citius:si illa.s.vulpes foret foris.i.extra caueam sa am canis est improb⁹ et mordax in limite.i.in loco vel vico/noto/dum pro quando:q̄n videt vim canum ferre auxilium sibi.sic hō neq̃:id est prauus e st audatior inter consortes.i.socios/q̃ sit in locis extraneis hoste minante.

Inuentum tarde leporem cito perdimus inter
Vepreculas cum sit res fugitiua lepus
Perdimus anguillam manibus dum stringimus illam
Cuius labilitas fallit in amne manus
Sic abit inuentus nisi conseruetur amicus
Et nisi libertas mutua seruet eum

Dicit actor ꝙ si nos reperiamus leporem q̃uis tarde vel raro tamen cito p̄dimus cum inter vepres ꝛ spinas intrantē: sil'r si teneamus anguillam ꝛ vt melius teneamus fortius stringimus q̃to plus stringimus tanto citius eam perdimus A simili est de amico quem si reperiamus q̃uis tarde tamē cito perdim⁹ nisi mediante libertate seruemus. Con.nos saple perdimus cito inter vepreculas.i. inter dumos leporem inuentum tarde.id est raro ꝛ cum magno labore/cum ipse lepus sup.sit res fugitiua nos sup. perdimus anguillam dum pro q̄n.q̄n stringimus illam manibus.i.cum manibus labilitas cuius: scȝ anguille fallit.id est decipit manus in amne.i.in aqua.sic amicus inuentus abit:id est recedit sic.i. taliter nisi conseruetur ꝛ nisi libertate mutua.i.continuata seruet eum scilicet amicum. Versus. Non tenet anguillam qui per caudam tenet illam.

Non bene firmus erat digito qui soluitur vno
Nodus nec fortis tam cito fracta fides
Nunq̃ fidus erit qui desinit esse fidelis
Nunq̃ qui non est fidus amicus erit
Ex quo conueniunt duo pectora pectus in vnum
Fas est vt maneant pectora pectus idem

Ponit pa.d.ꝙ nodus q̄ cū vno digito dissoluit nō est bene firm⁹ etiam fides que sic soluitur non est bene firma: deinde dicit ꝙ ille qui desinit esse fidelis non erit vnq̃ fidus:et qui non est fidus nunq̃ erit amicus. Et quia duo amici conueniunt in vnū.i.in volūtate quia sunt eiusdem volūtatis. ideo conueniens est vt duo corda.s.duorum amicorum sint vnū. Con.nodus qui soluitur.i.dissoluitur digito non erat bene firmus nec fides que est sup. tā cito fracta nō est bn̄ firma sup.ille sup. qui desinit esse fidelis:nunq̃ pro non ꝛ vnq̃ non erit vnq̃ fidus et ille qui non est fidus:nūq̃ p nō ꝛ vnq̃.nō erit vnq̃ amicus. Ex quo duo pectora conueniunt in vnum pectus:fas est vt pectora maneant idem pectus.

Mente minus sanus q̃ corpore creditur eger
Qui medicos eius fuste vel ense ferit
Quis magis insanus q̃ cecus in ardua ductus
Si tunc contemnat fessus tumente ducem
Lippo non lusco collitia nigra medentur
Qui semel est luscus non nisi luscus erit

Ponit pa.d.ꝙ infirmus qui suos medicos vult percutere creditur magis eger et insanus mente q̃ corpore.deinde dicit ꝙ valde insanus est secus qui existens in campis contra suum ductorem insurgit:quia bene potest verberari a suo ductore

quisq dimittat eū nescit quo vadat. postea dicit q collitia nigra. id est illa vngu-
ēta bene medentur homini lippo. habenti oculos lipposos sed non lusco: quia qui
semel est luscus nō nisi luscus. i semper erit luscus per hāc parabolā vult ac. innu-
ere q tu non debes insurgere seu contendere contra tuos benefactores qui quo-
tidie tibi succurrunt in tuis necessitatibus quia si aliter faceres contra teipsū con-
tenderes. et qui talia faciunt fatui sunt & non nisi fatui erūt. ¶ Cōstrue. eger id
est firmus / qui inferit medicos suple. ense vel fuste creditur esse sup. minus sanus
mente q corpore. qui est sup. magis insanus q cecus ductus in ardua. id est in cā-
pos si contemnat tunc ducem. scilicet suum felle. id est ira rumente. id est calente
collitia nigra medentur lippo. id est homini habenti oculos lipposos & non lusco.
id est homini habenti oculos luscos.

¶ Nolumus in cirpo quo non est querere nodum
Nec super infirmum ponere magna gradum
Pasce canem pastus tuus illum leniet et te
Quis credatur lesus amabit herum
Fac seruo neq bona semper ome quid illi
Prebueris perdes cum sibi nullus amor

¶ Dicit actor q in cirpo sine circulo modus querendus nō est qz in illo null9 no-
dus est etiam magnum onus non est scandendum per gradus infirmos & debiles
deinde dicit q si tu habeas canem & illum pascas te semper amabit / te quis a te
cedatur: tamen semper ad te reuertetur. silr est de seruis q si sunt boni & licet a te
quandoqz ledantur tamen ad te semper reuertentur & tibi debite seruient: sed si
mali sunt & iniqui de te nec de tuis rebus curabunt: sz tuū dānū sēp pcurabunt &
quidquid boni sibi feceris pdes qz suos bñfactores prorsus ignorant. vñ vbi nō q-
escit fidelitas qrēda nō ē sicut nec in articulo qrēd9 ē nodus. ¶ Cō. nos sup. no-
lum9 qrere nodū i cirpo. i. i circulo i quo nod9 sup. nō ē & nolum9 sup. ponere ma-
gna super gradū infirmū. i. debilē pasce canē pastus tu9 leniet illum & amabit te
herum. i. dñm suū / quis cedatur a te sup. fac bona seruo tuo neq. i. malo & perdes
oē bonum sup. quod prebueris illi cum nullus amor sit sup. sibi. i. in illo.

¶ Ridiculus mus est qui muribus imperat et equi
Tanq rex horum sit dominatnr eis
Non minor est risus de seruo quando leuatur
In dominum: quando voce manuqz terit
Asperius nichil est humili dum surgit in altum
Pingitur in cella simia sede sedens

¶ Ponit pa. d. q magnus risus est qñ paruus mus vult ceteris murib9 domina-
ri & illis ad modū regis ipare. Non minor est risus de seruo q cōtra magrm ver-
bis & factis insurgit. A silr nichil est aspius paupere ditato & misero in dignitate
seu ptāte cōstituto. V. Paupe ditato nil alacri9 ee putato. vñ talis ē silis simie in
sede cella sedenti. ¶ Cō. mus ē ridiculus. i. ridiculosus vl deridēd9 q ipat muri-
b9 / & q dñatur sic eis. i. muribus taq rex hor. ris9 nō est minor de seruo qñ leua-
tur i dñm & qñ fecit dñm voce: qz p et & manu a sili nichil p nō & aliqd: aliqd nō
est asperius hoie sup huili. i. paup vel misero dū p qñ qñ surgit. i. eleuat in altū. i.
in dignitatē simia. i. illud animal pingitur sedens in sede cella.

¶ Diuersis diuersa valent medicamina morbis
Ut variant morbi sic variantur ea
Non vno doctrina modo se mentibus infert

His timor: his monitus: his adhibitur amor.
Quadrupedes adaquare nequis dum percutis illos
Nec cogit pueros virga studere rudes.

¶ Ponit pa. dicēs. ꝙ aliqua medicamina sunt bona in vna infirmitatē q̄ sūt male in alia. et sic diuersi mode diuersis morbis dantur. sic doctrina diuersimode datur studentibus: nam aliquibus debet dari per timorem. quia aliter non reciperēt aliquibus p dulces monitus et aliquib⁹ per amorē. vnde dicūt ꝙ equos adaquare non possumus dum illos percutimus. sic nec virga cogit pueros rudes et grossos intellectu ad studendū. ¶ Cōstrue. diuersa medicamina valent diuersis morbis ea. scilicet medicamina variantur vt pro sicut sicut morbi variantur. doctris non infert. i. non immittit se mentibus vno modo quia sup. his id est aliquibus / timor adhibeatur his monitus adhibeatur / et his amor adhibitur tu sup. nequis. id est non potes / adaquare quadrupedes. i. dum pro quando quando percutis illos nec virga cogit pueros studere.

¶ Paruula venalem comprehendit mantica telam.
Et iacet exiguo multiplicata loco
Cur sic ꝙ cupide menti non sufficit orbis
Predia terrarum gloria census honor
Jus est vt penitus terre sit homunculus expers.
Qui totam terram solus habere cupit.

¶ Ponit para. dicēs ꝙ parua mātica cōprependit telā venalē in exigno loco q̄ est bene plicata sic per contrariū mens cupide non pōt satiari. q2 nos videmus ꝙ si vnus homo efficitur hodie onager et cras vellet esse pulpes vt cito haberet oīa bona suorum hominum. etiam homo qui auarus est semper pauper est. et penitus vult alios superare. Vsus. Omnia des cupido sua nō perit ide cupido. ¶ Cōstrue parua mantica comprehendit talem venalem. id est vendibilem et multiplicata. id est plicata iacet exiguo loco. cur sic ꝙ menti cupide non sufficit orbis predia. i. possessiones terrarū gloria census honor ius est vt homunculus. id est paruus homo sit expers. i. deficiens qui solus cupit habere totam terram

¶ Faucibus in nocuis deserta leonculus ambit
Cum nichil inueniat quem lacerare queat
Non semper pungit serpens: nec fundit vbiq̄.
Virus quod secum semper in ore geris
Non equidem stimulo nec parcere ille veneno.
Si quid adesset quod ledere posset eo

¶ Ponit aliā pa. d. ꝙ paruus leo. ambi per loca deserta et non facit aliquod malum. Per oppm̄ multi sunt homines qui non faciunt malum quia non inueniunt vbi faciant et etiam nō sūt ausi facere. ¶ Con. nil pro nō et aliquid cum leōculus non inueniat aliquid quod queat lacerare. ambit deserta faucibus innocuis. et serpens non pungit semper. nec fundit vbiq̄ virus quod secum gerit in ore equidem id est certe: ille non parceret veneno nec pro et nō: et non parceret / stimule si quid adesset quod posset ledere eo. id est veneno.

Capitulum quartum

Non bene pedibus spine tribuliq̄ trahuntur
Dum breuis interius spina relicta iacet

Quando maior mora est tanto mage vulnera putrent:
Et tunc non possunt absque dolore trahi
Qui culpas de corde trahit trahat usque recentes.
Et cunctas pariter ne ferat una necem
Qui prodest medico plagas sanasse ducentas
Si maneat sola qui moriatur homo

¶ Ibi est aliud cap. hui⁹ libri quod procedit per octo et octo v̄sus et ponit act· continuādo semp̄ ita. Et pōt diuidi in tot ptes quot sunt pticule. Partes patebūt legendo litteram. In prima parte dicit actor q̄ si aliquis habeat spinam et multos tribulos in pede suo. et oēs extrahantur a pede suo una relicta ex qua moriatur ille/ nichil ei prodest. Hoc est naturaliter concludere: q̄ si aliquis confessus sit ab omnibus peccatis suis excepto uno peccato mortali de quo dānatus sit / confessio nichil ei prodest. ¶ Con. spine et tribuli non bene trahuntur de pedibus dum breuis spinis iacet. i. remanet interius vulnera putrent tanta mage q̄to mora est maior. et non possunt trahi absque dolore ille suple. qui trahit culpas de corde trahat usque. i. assidue recentes. i. nouas ne una pariter iuncta ferat nocem. i. mortem quid prodest medico sanare ducentas plagas si sola maneat qua moriatur homo versus. A tribulos asinus semper sua somnnia vertit

¶ Arbor que late ramat nisi firma sit ymo
Cum ramis facile corruit icta notho
Sed que radices habent in tellure profundas
Obstat et euelli peste furente nequit
Qui ramos fame non radices meritorum
Extendit late. scio q̄ ipse cadet
Non solum celo qui talia vana profatur
Ast etiam vicio displicet ille solo.

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q̄ sicut arbor bene firma tenet cōtra ventum etiam ad prepositum homo bene firmus mente tenet· cōtra malos homines.
¶ Con. arbor que late ramat icta. id est percussa. notho. id est vento facile corruit id est cadit: cum ramis nisi sit forma imo. sed illa obstat que habet radices profundas in tellure et nequid euelli peste furente: qui ramos fame late extendit non radices meritorum scito q̄ ille cadet non solam displicet celo qui talia vana profatur id est qui loquitur. ast pro sed. sed ille displicet sup. etiam/ solo vicio

¶ Non minus est dulcis paruo de fonte recepta
Quem que de magno flumine fertur aqua
Et cadus et dolium retinet quandoque falernum
Nec dolium melius q̄ breuis ipse cadus.
Nec magis egregio dulce sit potus in auro
Quam facit in vitro quod minus asse valet
Quis quisque miser bene dicat vel bona nemo
Corpore pro misero vilia verba putet.

¶ Ponit pa. d̄. q̄ aqua de paruo fonte non est minus dulcis q̄ de magna flumie et dicit actor q̄ unus pauper male indutus posset ita bene dare cōsiliū sicut unus

diues homo ¶ Con. aqua recepta de paruo fonte non est minus dulcis quam aqua que fertur de magno flumine: et cadus et dolium retinent quamque falernum / nec dolium retinere melius quam ipse cadus potest nec magis dulcescit in auro egregio quam facit in vitro qui valet menus asse. id est obolo: Quis quisque miser dicat bene: vel bona verba nemo putet talia verba esse sup. vtilia pro corpore. id est in corpore misero: id est paupere.


¶ Visibus intentis scrutatur ab ethere predam.
Miluus: et a longe frustra relicta videt
Non licet esuria statim descendit ob alto.
Sed variis giris circuit ipse locum.
Sunt nam qui laqueos posita dape ponere tentant.
Ut sic incante decipiantur aues
Denique percepto nichil aucupis artis adesse.
Unguibus accidit tutus et escas capit

¶ Ponit aliam pa. dicens quod nos videmus quod miluus. i. aquila. quando vult accipere carnes solet circuire terram variis giris. et dicit quod quando descendit ab alto cauet quia videt laqueos positos / et vult concludere act. quod quando aliquis agere vult aliquid debet respicere finem. ¶ Con. miluus scrutatur ab ethere predam visibus intentus. et videt a longe frustra relicta statim non descendit ab alto. sed esuriat: sed ipse circuit locum variis giris: sunt aliqui suple. qui tentant laqueos ponere et hoc dape posita vt sic aues decipinatur in caute. denique. i. finaliter. nullus sup. accidit tutus et capit vnguibus escas / et hoc sup. percepto nichil pro non et aliquid aliquid non adesse id est presens esse / artis aucupis. vnde. Qui ponunt laqueos cadant eos.

¶ Non nichil exempli vermes de carne creati
Demonstrant oculis testificantis opus
Dentibus acceptam inuadunt morsibus illam
Non querunt aliam dum sibi durat ea
Consilii nichil est nisi sal succurrere possit
Sal positum large mordet et arcet eos
Vermibus hic mos est nec solum linquitur illis
Sunt in quos transit iam furor ipse viri

¶ Ponit aliam para. dicens. quod nos videmus naturaliter quod isti vermis qui sunt creati in carne non comedunt aliud donec satientur ea. ita quando homo diues potest herere pauperi non dimittit ipsum donec omnia sua bona comederit siue consumpserit et postquam consumpta sunt non inueniens magis comedendum moritur quia non potest comedere aliam terram. ¶ Con. vermes creati de carne demonstrant non nichil i. aliquid exempli testificantis oculis opus. acceptam dentibus inuadunt illa morsibus non querunt aliam dum ea sibi durat. cum nichil consilii est. quod suple. possit sibi succurrere nisi sal positum large mordet et arcet. i. constringit eos. s. vermes hic nos est vermibus / nec pro non. non solum liquitur illis / aliqui viri sunt in quos id est in quibus / ipse furor viri iam transit

¶ Non propter pennas laudat conuiuia volucrem.
Nec propter corium magno desertus equum
Nec equidem similis per singula curricat vsus.
Uestes non homines omnis honorat homo

Hunc noua facta nouum statuunt per singula morem.
Et nil expecto paupere vile iacet
Nil bene pauper agit diues seu bene siue male 
Quicquid agat diues seu bene siue male

¶ Ponit para. d. q̄ conuiua non laudat auem propter pennas sed propter carnes Item vir vel magno sapiens non laudat equū propter corīū/sed pp̄ter bonitatē id concludit q̄ hoīes non laudātur pp̄ter v̄tutes s₃ pp̄ter vestes. non hoīes s₃ vestes honorat oīs hō. v̄. Vir bene vestitus p̄ vestibus esse pitus. Credit a mille q̄ mis idiota sit ille: ¶ Con. conuiua nō laudat volucrē propter pēnas nec p̄ et ⁊ nō et magno disertus nō laudat equū pp̄ter corīū nec eq̄ dē. i. certe sit is vsus nō inesitat p̄ singula: oīs hō honorat vestes nō hoīes: ideo noua facta statuūt hunc nouū morē per singula ⁊ nil pro non et aliq̄d/pauper non agit aliquid. id est bene facit aliq̄d sup. tenetur pro ratione quicquid agat diues seu nō bene siue male.

¶ Sumpta quid escat valet que q̄ cito sumitur exit.
Nausea cor vexat. viscera laxa dolent.
Quando non patitur medicamina morbus in aluo
Non signum vite sed necis esse puto
Ut dape venter eget si spiritus indiget illa.
Non bene pascuntur cum nichil alter habet
Non discunt quicū q₃ scholas vbicū q₃ frequentant.
Nam plures veniunt vt videantur ibi

¶ Ponit pa. d. q̄ esca sūpta q̄ q̄ cito vomit̄ nichil p̄dest. Item q̄n corpus comedit ⁊ spūs nichil h₃ quid prodest hoc sed est ad p̄positum. q₃ corpus vult bona cibaria et requiē. ⁊ aīa vult ieiunare sic sūt aliqui qui veniunt ad scholas ⁊ nichil faciunt statim veniunt/statim recedunt. nam sunt plures qui veniunt vt videntur ibi. ¶ Cō. q̄d valet escat sūpta q̄ erit q̄ cito sumit̄ nausea cor vexat viscera laxa dolēt q̄n morbus non patitur medicamina in aluo non puto esse signum vite. s₃ signum necis. vt venter eget dape. ut spūs indiget illa dape/spirituali sup. illi non bene pascuntur cū alter non h₃. aliquid quicunq₃ frequentant scholas non discunt. nā pro quia: quia plures veniunt vt videantur ibi.

¶ Bos semel et vitulus: semel est canis ille catellus
Cur homo bis puer est quem semel esse licet
De puero natura senem facit vt petit ordo
Sed vicium pueri de sene redit idem
Non est barbati plaustrello iungere mures
Nec casu tali multiplicare vices
Bis puer est homo: vir semel quem viribus vna
Cum sensu lessis alba senecta domat

¶ Ponit para. d. q̄ nos videmus q̄ bos est semel vitulus/etiam canis est semel caniculus: sic ergo cur hō est bis puer. q₃ sepe redit in infantiam p̄mā: et postea dicit q̄ pueri solēt iungere plaustrello mures: sed non pertinet barbato: cōcludit ergo q̄ homo est bis puer sed non nisi semel vir/ quādo vires v̄tutibus. ¶ Cō. bos est semel vitulus ipse canis est catellus cur hō est bis puer quē licet esse semel. natura facit senē de puero. itē nō est barbati iungere plaustrello mures: nec tali ca-

su multiplicare vices cum sensu alba senecta domat lassis:id est fessis.

¶ Sepe molosus ouem tollit de fauce luporum.
Ut raptam comedat non vt abire signat.
Quid refert an ab hoste lupo moriatur an illo
Cum dentes eque sint vtriusq; graues
In multis similes ratio considerat actus
De quibus expertus dicere vera potest
Res hominum seuus defendit ab hostibus alcon
Ut sibi non aliis res tuetur eas

¶ Ponit pa. v. ꝙ molosus est canis q̄ multotiens tolit ouem de ore luporū nō vt lupus desinat ipsā/sed vt ipse molosus comedat. A simili sunt aliq̄ homines qui ser-uant subditos suos ab aliis. et postea faciunt eis tantum malum sicut fecissent il-li. ¶ Con molosus tollit sepe ouē de fauce. i. de ore luporum vt lupus sup. sinat abire. i. recedere. vt comedat ouē raptam quid refert an. i. vtrum. ouis sup moria-tur a lupo hoste an. i. vtrum ab illo: scʒ moloso: cum pro quando. quando dentes vtriusq;. i. lupi. et molosi/sint graues ratio considerat similes actus in multis de quibus sup expertus potest dicere. id est affirmare verba vera. Alcon seuus. id est crudelis defendit res hominum ab hostibus. i. inimicis vt ipse alcon sup. meatur eas res sibi. i. pro se non aliis. id est non pro alis.

¶ Simpliciter cecus prohibitur ducere cecum
Ne cecus cecum ducat in antra suum.
Sed tameu in sanum prohibere nequimus alanum
Quin secos dubia ducere quare volit
Non queritur quod turpe pedis offendat eundo
Sed quod tam pauci nocte sequuntur eum.
Miror admiror ꝙ iter lucis arripit ille
Quem nunq̄ constat scisse vel esse viam

¶ In ista parte actor seipsum excusat et reprehendit v. ꝙ facit sicut cecus q̄ vult ducere cecum. hoc est dictu ꝙ ipse vult facere istum librum sine sensu. i. ꝙ non ha-bet sensum faciendi istum librum. ego miror dicit ipse de illo qui incipit et facit il-lud quod non potest facere. ¶ Construe. cecus prohibetur simpliciter ducere cecū ne pro vt et non. vt non ducat suum cecum in antrum. id est in foueam. sed tamē prohibere nequimus alanum insanum. id est furiosū/quin velit ducere cecos cal-le. id est in via dubia non queritur quod offēdat turpe pedes eundo: sed queritur sup. ꝙ eum tam pauci sequuntur nocte miror et admiror ad maiorem expssionem ꝙ ille arripit iter lucis vel vult sup esse viam quam nūq̄ cōstat scisse aliqd sup.

¶ Ad bellum quia durus erat migrauit achilles.
Existo chalamos ingrediente domi
Qui iacet in plumis nil dari passus in illus
Non valet assuetus vir tolerare malum
Imbribus et vantis mutat gena lassa colorem
Uritur et leuiter sole tenela cutis

Mollibus assuetus clipium bene non gerit armis
Nec retynet gladium firmiter vncta manus

¶ Ponit aliam parabolam dicens: ꝙ illi qui non sunt bene nutriti sunt fortes. & dat nobis exemplum per achillem. quia achilles non fuit bene nutritus. Et ideo fuit bene fortis ad bellandū: sed egistus fuit bene nutritus. et ideo nō fuit nisi luxuriosus. vñ dicit. Qui iacet plumis nil duri sentit in illis. ¶ Cō. achille. id est ille homo migrauit ad bellū. q2 erat durus egisto: id est illo hoīe / ingrediente thalamos domi. et ille q̄ iacet in plumis. i. lecto molli / nil passus duri in illis. vir assuetus talia sup. non vulet tolerare malum. gena lassa mutat colorē ymbribus et ventis: et acutis tenella vritur leniter sole mollibus armis assuetus non bene gerit clipeum. nec manus vncta retinet firmiter gladium.

¶ Non omnis socius est fidus non omne fidele
Pectus non omni me sociare volo
Que socius volet esse meus non alter: et idem.
Fiat ego qui non est satis et alter ego.
Non teneo socium qui scit quod nescio: vel qui.
Id quod non habeo cum preter illud habet
Cum socio socius deliberat omnia doctus
Cum sibi concordant consona corda duo.

¶ Poīt pa. d. ꝙ non oīs socius est fidelis nec etiam oē pectus est fidele immo qui vult esse bonus socius debet esse fidelis. et ideo qui vult esse socius mecum non sit alter ꝙ ego. quia qui est alter ꝙ ego non est socius meus. ¶ Cōstrue. non omnis socius est fidus nec omne pectus est fidele / non volo me sociare omni pectori. ille sup. non fiat alter ꝙ ego qui volet esse socius mecum si faciat alter ꝙ ego non est socius meus. ideo non sufficit id ē non teneo illum socium qui scit quod nescio vel qui habet illud quod nō habeo socius deliberat cum socio quod duo corda cōsona concordant.

¶ Crastinus ingrato procrastinat omnia more
Et de cras vno cras michi mille facit.
Cur hodie non multiplicat qui multiplicat cras
Nonne dies solem signat vterq3 suum
Post hodie cras esse solet cum sole reductum
Sed non cras illud quod michi spondes habet.
Cras illud nunꝙ nec sol orietur in illo
Cum cras venturum nec sine fine suum

¶ Ponit pa. d. ꝙ erat quidā hō q̄ vocabat crastinus et sēp spōdebat aliquis suis p cras / et nunꝙ poterat venire illud cras q2 semp dicebat cras habebis. & non habebat cor ad tradēdū ¶ Cō. crastinus ille hō sic dictus / pcrastinat. id est de cras ī cras pmittit michi sup oīa more. i. ↄsuetudine īgrato. i. nō grato. et crastinus ille sup. q̄ multiplicat hodie nō multiplicat cras. nōne. i. nunqd vterq3 dies. i. quilibet dies habet suū solem cras rectum cum sole solet. id est consueuit esse post hodie. sed illud quod spōdes id est promittis michi cras nunꝙ pro nō et vnꝙ non habet illud cras / nec pro et et nō: et sol non orietur in illo cras / cum pro quando quādo suum cras venturā sit sine fine. id est sine termino.

Capitulum quintum

NOn sunt digna coli quecumq; coluntur in orbe.
Jugera: nec fodi vinea queq; manu
Quid prodest arare solum vel fodere vitem
Cum nichil hoc frugis nil ferat illa meri.
Incultus quiescat ager sterilis quiescat
Et vitis nunq̃ vindimianda michi
A simili cessare probo debere datorem
Qui colit indignos et sua tradit eis
Qui sua dat dignis serit et metit vnit et amplat
Indignis vero res data tota perit

¶ Hic est quintum capitulū huius libri in quo procedit p decem vsus. ⁊ potest diuidi in tot partes quot sunt particale vt patebit legendo lr̃am primo ponit sententiā prouerbialē et dicit quid prodest arare vel fodere terrā vel vitem sterilem id est non portantem bona/dicit q̃ nō prodest quia nullas fructus procedit ab illa noua terra. Etiam ad propositum quid prodest dare sua bona hominibus prauis et malis: perdit omnia illa q; non curāt nec memorant. Sed ille q̃ dat bonis non perdit. immo serit metit vnit et amplat. ¶ Con. queq; iugera. i. spaciatere que coluntur in orbe non sunt digna coli. nec pro et non et queq; vinea nō eā digna fodi manu. Quid prodest arare vel fodere vitem cum nichil pro non et aliquid non faciat aliquid proficui et nil pro non et aliquid non faciat aliquid meri ager sterilis quiescat incultus et vitis sterilis nunq̃ pro non et vnq̃ non est sup. vindemianda michi. A simili probo datorem debere cessare qui colit indignos et qui tradit eis sua et ille sup. qui dat bona sua dignis serit et metit vnit ⁊ amplat res vero data indignis perit tota.

¶ Nos asinus ridere facere dum more leonis
Pingitur et vulpes subdola cogit idem
Exuat hic pellem qui se putat esse leonem
Ut patiens oneris iussa sequatur heri
Hortor et vt vulpes propria sub pulle quiescat
Ne moueat risum pelle leonis auans.
Inflando se rana boni par esse volebat
Ulcisci pullos quos pede pressit aquis.
Ast bos intrauit ranunculus ante creparet
Per medium. q̃ par efficeretur ei.

¶ Ponit aliam pa. d. q̃ asinus facit nos ridere dum pingitur more leonis quia leo est rex aialiu. etiam dum vulpes induit pellem leonis et vult esse leo per fraudē Dicit argo actor q̃ vulpes quiescit sub sua pelle et asinus portat bladum ad molē dimnum quia pertinet sibi. Item accidit q̃ bos ibat per campos et inuenit vnā ranam/cui bos occidit suos ranunculos. et rana fuit irata et volebat fingere se esse grossa sicut bos: ⁊ tantum se inflauit q̃ per medium crepuit. ¶ Construe. asinꝰ facit nos ridere dum pingitur more leonis ⁊ vulpes subdola cogit nos idem vulpes exuat pellem que putat se esse leonem vt vulpes suple patiens honoris. id est ponderis sequatur iussa. id est precepta/heri. id est domini. ego supple. hortor vt vulpes quiescat. id est requiescat sub sua suple pelle propria et non aliena suple.

ne ouans moueat.i.commoueat risum.i.derisorē pelle.i. de pelle leonis.i.illius a-nimalis rana illud animal suple volebat esse par.id est similis boni se inflando. rana inq̄ volebat vincere.id est vincere pullos quos bos sup. pressit in aquis. ast pro sed bos suple iurauit q̄ ranunculus creparet ante per medium q̄ efficeretur par.id est similis ei.scilicet boni.

¶ Surgentem drussus festinat radere barbam.
Ne noceat lippe vocibus vmbra gene
Apponit speculum speculo monstrante relictos
Forficibus tollit forpicibusq̄ pilos.
Et ne prurigo caput occupet omnibus horis
Lotricem promptam que lauet illud habet.
Preter ea faciebus aquam manibusq̄ ministrat
Quotidie scobis a scobe tecta piat.
Hoc facit exterius sordes colligit intus
Nec sibi crescentes radere curat eas

¶ Ponit pa.d q̄ ille homo barbitōsor dictus drussus parat barbā ne noceat.z ap-ponit speculū ante eos quos parat et habet lotricem que mundat domum interi⁹ Sed dicit actor q̄ iste qui mundat domum exterius. interius non munda quia ē plenus peccatis. ¶ Construe.drussus.i.ille barbitōsor festinat radere barbā sur-gentem ne pro vt et non vmbra gene non noceat vocibus lippe apponit speculum et tollit pillos relictos forficibus q̄ pro et et forpicibus / et hoc speculi monstran-te ne pro vt et non vt prurigo non occupit caput/ habet lotricem promptam que lauet illud omnibus horis.et ministrat pteria faciebus q̄ pro et:et manib⁹ aquā quotidie scobis et piat.id est purgat tecta.hoc facit exterius sed intus colligit sor-des nec curat eas radere crescentes ibi.

¶ Constat vt illa manus primo perpulchra lauetur
Que sibi presumit vasa lauare dei
Munda manus mundum vas quod lauat efficit illud.
Sordida sordidius q̄ foret ante facit
Tacto lucto subducta sibi trahit insita sorde.
Et nigra fit subito que prius alba fuit
Non me verrucas iuste reprehendit habentem
Qui sibi portanti tubera parcit homo
Ulceribus plenum primo se libere ipsum
Postea verrucas deridat ille meas

¶ Dicit actor q̄ certum est q̄ illa manus pulchra lauet que presumit lauare va-sa dei:quia satis est notum si manus sit immunda vas erit immundum . conclu-dit actor si manus nigra ponitur in luto turpi:tunc efficitur nigrior. Item homo qui h3 verrucas in manu nō debet me deridere si habeā/q3 si diceret quare habes verrucas.etiā possem dicere quare habes tu.sed quando est purgatus bene potest reprehendere alios. ¶ Con.constat id est certum est vt illa manus per pulchra la-uetur primo que presumit sibi lauare vasa dei:munda manus lauat vas.atq̄ effi-cit mundum eo q̄ manus suple sordida facit vas sordidius q̄ foret ante.id est pri-

us manus suple. facta luto atqꝫ subducta trahit. Sibi subito insistas sordes ꝛ manꝰ suple. que prius fuit alba fit nigra homo non reprehendit me iuste habentē verrucas qui percit sibi portanti tubera. id est gibbos. ipse sup. liberet seipsum visceribꝰ postea ille meas derideat verrucas.

¶ Nemo potest pugilem nexu prosternere fortem
Si lucte patiens aggrediatur eum
Numq̄ formose cecidissent menia troie
Si ceptus fuerit quo cecidere labor
Incipiat quicunqꝫ cupit bonus et pius esse
Dimidium facti qui bene cepit habet
Quomodo fiet opus nisi primitus incipiatur
Omnia principium constat habere suum
Audaces fortuna iuuat nil grande cor audax
Terret nil animi quisqꝫ abhorret habet

¶ Dicit ꝙ nemo pōt psternere fortē pugilē nexu. i. id lucta: nisi aggrediatur fortem vel sit patiens dimittendo se cadere ad terrā sicut menia tole troie numq̄ cecidissent nisi labor fuisset inceptus quo ceciderunt bene incipit esse pius qui cūqꝫ vult bonus puer qꝛ qd̄ noua testa capit inueterata sapit: quia deꝰ dicit. Incipe ꝛ iuuabo te. ideo vult concludere ꝙ fortuna audacem iuuat. ¶ Con. nemo pōt psternere id est superare nexu lucte pugilem fortē in pro nisi nisi aggrediatur ante fortē Item menia formose troie numq̄ cecidissent nisi labor fuisset inceptus quo cecidere. id est ceciderunt quinqꝫ capit esse bonus puer incipiat ille quia qui bene incipit habet dimidium cepti. quomodo fiet opus nisi primitus incipiatur: cōstat omnia habere principium fortuna iuuat audacem: nil pro non ꝛ aliquid: aliquid grande non terret cor audax nil pro non et aliquid quisqꝫ. id est quisquis. abhorret nō habet aliquid sup. animi.

¶ Non potis est magnus gibbo prohibente camelus
Pertransire breuis leue foramen acus
Nec transire sunt locupletem ianua celi
Dum cogit miserum sistere pondus opum
Cur anime mortem tam prauo corde requirit
Cur sibi quod tollit viuere raptat homo
Felix est pauper quem pauperat ipsa voluntas
Non est quod terga cum petat alter grauet
Nec latro: nec predo ne fur vafer insidiantur
Dum capit assumptas absqꝫ timore vias

¶ Ponit para. d. ꝙ camelus hn̄s gibbū dorso nō pō trāsire p foramen acus etiaꝫ dicit ꝙ mirū est locupletē intrare in regnum celorū. ideo est differentia. quis aliq̄ sunt de bona fide: ꝛ aliqui nō dicit ꝙ ille qui est pauper voluntate sua est fidelis sed qui non est voluntate non est fidelis quia si pauper vadat per nemora vel per alium locum vadit leuiter: et diues non sic: sed semper dubitat amittere diuitias suas nec vult gaudere. ¶ Construe. camelus magnus non est potis. id est potēs. pertransire foramen acus breuis gibbo prohibente. ianua celi non sunt transire locupletē dum pondus opem cogit miserum sistere. id est stare cur homo mortem

anime tam prauo corde requirit / cur homo sup. tollit sibi illud sup. quod capta uiuere pauper. est felix quem ipsa uoluntas pauperat non est quod grauet terga .i. decipiat. cum petat alta latro non insidiatur id est cautus uel subtilis. nec latro nec fur nec predo: dum capit vias assumptas absqꝫ timore.

¶ Mille vie ducunt homines per secula roman
Qui dominum toto querere corde volunt
Est via que ducit montes directa per altos
Vepribus et spinis arduitate granis
Est quoqꝫ nonnullus callis quem caculus asper
Superat et plantas quotidianas arat
Est via per ponthum: via per deserta per ymas
Valles per scopulos per loca dara pedi
Per nemus et latebras per lustra timenda ferarum
Per spinas tribulos per lutulenta vaga





¶ Ponit pa. d. ꝙ multe vie ducunt hoīem romā. etiā qui vult querere dominum ex toto corde suo via directa est que surgit ꝑ altos montes et nonnullis callis. i. aliquis callis paruus siue lapis aspera superat. Etiam via est per ponthum / per deserta: vt apparet in textu: ideo concludit ꝙ sunt multe vie eundo ad paradisū quia aliqui vadunt per elemosinas / et aliqui vadūt per peregrinationes: ⁊ sic de aliis. ¶ Con. mille vie ducūt hoīes romā ꝑ secula qui volunt querere toto corde dn̄m vis est directa que ducit per montes altos via est vepribus et spinis granis arduitate: id est altitudine. quoqꝫ. id est certe nōnullis callis. id est aliquis est quē calculus. i. paruus lapis asper superat et arat quotidianas plātas: via est per pō/thum / via est suple. per deserta / per ymaa valles / per scopulos / via est per loca dura pedi. via est per nemus / via est per latebras / via est per loca lutulēta / via est per spinas et tribulos / via est per lustra timenda ferarum.

¶ Semper hiat coruus: semperqꝫ cadauera captat
Semper amat mortem: mors fera pascit eum
Quem sua debilitas et quem premit ipsa senectus
Letificant illum cum putat esse mori
Non solum coruus morituros insidiatur
Maxima pars hominum iam facit illud idem
Filius ante diem mortem patris optat vt heres
Fiat et vt miseras lege capescat opes
Prothodolor in clerum transit dolor et scelus illud
Hic emit ecclesiam dum tenet alter eam



¶ Ponit aliam parabolam dicens: ꝙ semper coruus hyat vt habeat cadauera. amat mortem semper: vt mors fera pascat eum / ille quem sua debilitas ꝑmit: et ille quem senectus premit letificat eum. Item non insidiatur coruus solum: quia maxima pars hominum facit hoc: quia filius optat mortē patris vt capescat multas res ⁊ opes: sed ille dolor existens inter laicos iā transit in clerum: quia vnus emit ecclesiam dum alter viuit et tenet eam. ¶ Constructio. coruus hyat semꝑ qꝫ ꝑ et captat. i. cupit semꝑ caddauera: amat semꝑ mortem: mors fera pascit eum secundum quem sua debilitas et quem sua senectus premit letificat illum cum ipse putat mori: coruus non insidiatur solum mortuos / pars maxima hominum facit

tam illud idem filius optat mortem patris ante idem; vt fiat heres: ꝛ vt capescat opes miseras lege id est consuetudine. Prothodolor dolor ac illud scelus trāsit in clerum dum alter tenet ecclesiam hic emit eam.

¶ Bis bos percutitur dum ferrum sentit acutum 
Si contra stimulum calcitret ipse eum
Efficit ex vno duo vulnera vulnere ferrum
Ulterior primo peior et ictus erit
Cur igitur comino serui parere coacti
In dominum rabie pectoris arma leuant
Hic furor hec rabies hec indignatio risum
Prebet ei inuisum querit habere malum 
Dum caput oppositum/domino stomachante/tenebat
Grauiter euasit vincula dauus heri

¶ Ponit parabolā dicēs ꝙ bos percutitur dum calcitrat cōtra stimulum ꝛ facit duo vulnera ex vno vulnere ꝛ vlterior ictus est peior ꝑmo: ergo quare serui coa-cti parcere domino leuant pectoris rabiem contra eum: hic furor hec rabies hec in-dignatio mouet nos ad risum: ideo concludit ꝙ nos debemꝰ facere sicut faciebat ille seruus qui erat patiens coram domino suo: quia cum dominus suus erat ira-tus ipse nō dicebat vocabulum/sed inclinabat caput suum. ¶ Con. bos percuti-tur bis dum sentit ferrum acutum/ipse calcitret contra stimulum suum/ferrum facit duo vulnera ex vno vulnere: et ictus vlterior est peior ꝑmo. Cur igitur ser-ui coacti parare domino leuant arma in id est contra dominum suū rabie pecto-ris: hic furor hec rabies hec indignatio prebet risum ꝛ querit habere malum inui-sum/dauus euasit suauiter vincula heri: id est dñi: dum tenebat caput oppositum id est pronum. et domino stomachante: id est furenti.

¶ In momentaneo non est modus immoderato 
Dum baratro donat quicquid habere potest
Non minus excedit normam rationis auarus
Dum nil expendens semper aceruat opes
Nemo sequatur eos: quoniam viciosus vterqꝫ 
Est via quam virtus inter vtrumqꝫ docet
Hic canis ille lupus cum carnem deuoret alter
Ut lupus occultat/seu canis/alter opes
Fontibus aduersis pugnantia crimina secum
Uitet qui vite carpere cura iter 

¶ Ponit parabolam. d. ꝙ immoderatus. i. gulosus nō habet moduz dum donat sua baratro: sic auarus non minus excedit viam rationis quia ille in momenta-neo deuorat deuastat et excedit praue ꝛ stulte: sed alter non minus peccat qui ab-scondit sua bona. sed nō debemus sequi illos: sed debemus sequi medium quia in medio iacet virtus. Et dicit ꝙ immoderatus est ad modum canis/quia sicut ca-nis quando comedit sufficienter abscondit residuum et non dat alicui: ita immo-deratus deuorat. Postea dicit ꝙ ille qui vult carpere iter vite crimina pugnan-tia secum frontibus aduersus viret. ¶ Con. modus nō est in momētaneo dū do-nat baratro i. ventri: ꝙcqd postea haberet: auarus nō excedit minus rationis nor

niam dñ nil pro non ⁊ aliqd dñ nil expendens semꝑ aceruat opes / nemo sequat eos: qm vterqꝫ est viciosus / via est quã virtus docet inter vtrũqꝫ. hic canis. id est ad modum canis ille. i. alter est lupus cum alter deuorat carnem vt ꝑ sicut sicut lupus seu canis alter occultat opes. id est diuitias / crimina pugnantia frontibus aduersis secum vitet qui curat carpere iter vite.

¶ Capitulum sextum.

SI quis erare sibi fructuosum curat agellum
Et mandare suum postea semen ei
Primitus extirpet spinas que frugibus obsunt
Et vepres si que sint ibi falce metet
Obsunt et filices silices delere nociuas
Studeat qui segetes purificare volet
Non segetes quodcunqꝫ solum cum semine profert
Emergunt sordes luxuriante fimo
Cura vigil bene curat agros in curia quippe
Reddit eos steriles vnde poeta refert
Neglectis vrendos filis inuascitur agris
Per filicem vicium denotat ipse viri

¶ Hic est sextũ capitulũ ⁊ vltimũ huius libri in quo actor procedit ꝑ duodecim et duodecim versus continuando semper sua documẽta. Et potest diuidi in plures partes que patebunt legendo textum. Primo dicit ꝙ ille qui vult arare agellum suum et mãdare semẽ suũ debet penitus ⁊ ꝓus extirpare spinas q̃ obsunt frugib⁹ et metere vepres falce que sunt ibi. postea dicit ꝙ q̃ vult capere corpus xp̃i: debet esse mundus vel mundare ꝯscientiã suam. ¶ Con. si quis curat arare sibi agellũ fructuosum ⁊ mandare ei postea semen suũ: extirpet primitus spinas que obsunt frugib⁹ ⁊ si que vepres sint ibi falce metet. i. metat / q̃ volet purificare segetes: studeat delere nociuas silices ⁊ filices que sup. obsunt: quodcũqꝫ solũ. id est quecũqꝫ terra non profert: id est ꝓducit segetes cũ semine. fimo luxuriante emergunt sordes. Cura vigil bene curat agros q̃pp: id est certe incuria reddit eos steriles. vñ poeta refert. i. dicit filix vrãda innascitur agris neglectis. viciũ viri ipse denotat per filicẽ. id est per illam herbam.

¶ Nescit homo quid dulcis habet dulcedinis esca
Qui nunq̃ didicit quid foret ipsa fames
Post litis ardorem / post esuriem duo nobis
Dulcia sunt valde / potus et ipse cibus
Dulcius herescunt humano mellea palato
Si malus hoc ipsum mordeat ante sapor
Qui patitur frigus calidos veneratur amictus
Qui morbum magnum forte salutis ouat
Qui bona falsa soli considerat et bona celi
Falsa sinat penitus et bona vera petat
Pectus ab illicitis et casibus exuat orbis
Qui volet in celis anticipare locum

¶ Ponit aliā parabolam dicens/ ꝙ homo qui nunq̄ habuit famem nescit dulcedinem esce cognoscere. ꝛ ꝙ cibus et potus sunt duo que sunt valde dulcia. Et dicit etiā ꝙ hō postq̄ gustauit res amaras/dulcia sunt sibi placidiora post modū/siue dulciora. Et qui considerat bona celi et falsa bona soli. id est mundi dimittit penitus falsa et petit vera bona. Et dicit etiam q̄ qui vult anticipare locū in paradiso: debet cauere ab illicitis casibus exuendo se ab ipsis anteq̄ moriatur mundando conscientiam suam ¶ Construe. Nescit homo quid dulcis esca habeat dulcedinis: qui nunq̄ didicit quid ipsa fames foret potus et ipse cibus dulcia sūt valde nobis post ardorem sitis. id est post esuriem Mella heresciit dulcius palato humano. si malus apor mordeat ipsum ante ille suple qui patitur frigus veneratur calidos amictus et ille qui patitur sup. magnum morbum ouat sorte salutis. Qui considerat bona soli. id est terre esse falsa et bona celi esse vera sinat penitus falsa et petat bona vero. ille sup. exuat pectus a casibus. id est sceleribus illicitis orbis qui volet anticipare locum in celis. Bñ vº. Dulcia non meruit qui nō gustabit amara. Nescit homo plenus vitam quam ducit egenus.

¶ Non bene viuuit homo quem rerum solicitudo
Torquet et examinat nocte dieq; metus
Non bene securus dormit qui perdere vitam
Una cum rebus quas habet ipse timet
Unde per exemplum legimus monstrasse tyrannum
Qui non (vt dicis berna) beatus erat
Ad foueam ductus supra caput ipsius ensis
Pendebat tenui vix retinente filo
Huic dapi coniunctam restem precepit et ausus
Non erat hic quoniam vidit vtrinq; necem
Sic (ait) est de me lapsum casumq; timente.
Est certum propria morte vel hoste mori

¶ Ponit aliam parabolam dicens ꝙ nō bene viuit homo quem torquet. solicitudo et metus seu timor examinat die ac nocte. etiam ille nunq̄ dormit securus qui dubitat perdere vitam cum diuitiis suis: vnde erat quidam homo qui vocabatur tyrannus ille erat in aliqua aqua et habebat sitim et non audebat potare. habebat pomum supra nasum et non audebat comedere: quia habebat ensam supra suum caput: sic est diues qui semper dubitat de inimico. ¶ Cōstrue. homo nō viuit bene quem solicitudo rerum torquet et metus examinat die q; pro et nocte/ nūq̄ ille sup. dormit recurus qui timet perdere vitam suam/ vna. id est simul cū rebus quas ipse habet. vnde legimus tyrannum monstrasse per exemplum suum sup. ꝙ non erat beatus et dicit berna. id est beatus bernardus ensis pendebat super caput ipsius ductus ad foueam tenui filo. id est corda vix retinente. tyrannus sup. precepit restem. i. cordam coniunctā huic dapi et hic. sez tyrannus non erat suple. ausus comedere quoniam pro quia vidit vtriusq; scilicet ensem et cordam. et percepit suple necem. sic ait. i. dicit est de me dimente casum: q; pro et lapsum certum est mori propria morte: vel hoste. id est ab hoste.

¶ Ad mala facta manus socius socium trahit/ et sic.
Fit malus et neq̄ qui fuit ante bonus.
Nec mirum: quoniam velocior ad mala pes est
Q̄ sit ad illud opus quod deus optat agi

Ima petit leuius q̃ surgat in ardua pondus.
Quod vix de terra cola bouina trahunt
Nonne boues qui plaustra trahunt quãdoq̃ trahuntur
Dum rota declino tramite mota ruit
Cum trahit hic sursum quantum valet illa deorsum
Impedit hic illum retroq̃ sepe cadit
Nam magis est pronum celso de vertice samptum
Q̃ quod ab occidua valle resurgit iter.

¶ Ponit aliam parabolam dicens q malus socius trahit bonum ad se ⁊ fit malus prauus ⁊ neq̃ fuerat ante bonus. pedes eius velociter est ad malũ q̃ ad bonũ et q̃ ad illud quod deus optat agi. Dicit etiam q pondus graue leuius tendit ad yma q̃ ad ardua. Et etiam boues trahentes currum aliquãdo trahuntur ideo dicit q ille qui vult esse bonus et iustus nõ debet sic sequi malos. ¶ Cõ. socius ma malis trahit bonos seu bonũ socium/ad mala ⁊ fit malus et neq̃ q̃ fuit ante bonus nec pro et et non nõ est mirum quoniam pes est volocior ad mala q̃ sit ad illud quod deus opta agi. pondus petit yma leuius q̃ surgat in ardua; quod colla bouina trahunt vir de terra: nonne boues qui trahũt plaustra trahũtur q̃nq̃: dũ rota mota ruit declino tramite cum hic trahit sursum quantũ valet illa ire deorsum hec. s. rota impedit illam/q̃ pro et cadit sepe retro nam iter sũptũ de vertice celso est magis pronũq̃ illud sup. qđ surgit ab occidua valle.

¶ Aduena siluarum si bestia forte caninam
Incidit in turbam/nonne peribit ibi
Nonne celidrorum moriuntur morsibus illi
Quos via vel casus protrahit inter eos
Quis nisi sit serpens serpentibus associatur
Cum grauiter pugnant id quod ineret eis.
Marcescunt flores et gramina mortificantur
Que solo tactu susa venena cremant.

Hos inter pueros dubia gens martia ponit
Utrum se geniti sint ita scire volens
Illis nanq̃ solis parcunt vt dicitur angues
Dum sibi blandiciis oris amicat eos

¶ Ponit aliã parabolã dicẽs q si bestia aduena siluaruz cadat inter turbã caninã: nonne peribit ibi. sic aliqui reges habent leones ⁊ quãdo volunt scire vtrum homo sit bonus vel malus ponunt ipsum inter leones: et si sit prauus cito est mortuus: si sit bonus ipsi dimittũt eum. Etiã aliq̃ solẽt ponere pueros ante ipsos leones volentes scire vtrum sint geniti ab ipsis. ¶ Con. nonne. i. nunquid/si bestia aduena siluarũ cadat in tubam caninam peribit ibi. nõne illi moriũtur morsib⁹ chelidrorum. i. illorum serpẽtum quos via vel casus protrahit inter eos qui associatur serpẽtibus nisi sit serpens cum pugnant grauiter id quod inheret eis marcescunt flores et gramina mortificantur. que venena fusa cremant solo tactu gẽs martia ponit illos sup. puers dubios inter hec volens scire vtrum sint geniti ita se. id est a se. nãq̃ pro quia quia angues parcũt illis solis: vt dicitur dum anguis sup. amicat eos blandiciis oris.

¶ Dum curuare pote vel curuam tendere virgam
Fac sic ad libitum stet tua planta tuum
Cum vetus in magnum fuerit solidata vigorem
Non leuiter flectes imperiale caput
Rursus si tortam patieris surgere primum
Semper vt est primo torta manebit ea
Sic homo dum puer est doceatur iussa tenere
Nec cor assuetus imbuat ille malis
Arguillam figulus quamuis mutauerit ollam.
Sic sicce formam non adhibere potest
Ceruinam pellem latrat per tecta catellus.
Primitus ad siluas doctus vt ire queat

¶ Ponit para. d. q tu facies plantā ire ad libitū dū erit parua ⁊ iuuenis: q si tu velis erit curua: sed qñ erit arbor magna ⁊ antiqua tūc nō posses sic facere. Dicit etiā q qñ puer est iuuenis tunc debes ipsum introducere bonis moribus. Item dicit q figulus nō potest facere formā ollarum dum terra est sicca. sed dū est humida facit ad voluntatē suā. Item paruus canis latrat p tecta pellē ceruinā corā ipso: vt queat ire doctus ad siluas. ¶ Cōstrue. fac vt tua plāta sit ad libitum tuū dū potes curuare ipsam cum vetus fuerit solidata in vigorē magnū nō flectes liberiter caput imperiale. Rursus si primū patieris surgere tortā semper ea manebit torta vt est id est vt erat primo sic homo dum est puer doceatur tenere iussa. i. precepta ne ille puer doceatur tenere iussa. i. precepta ne ille puer imbuat cor malis assuetis ⁊ quamuis figulus mutauerit ollam argillem. id est frigidam sic non potest adhibere formam sicce / terer suple. catellus latrat pellem ceruinam tacta primitus: vt queat ire doctus ad siluas.

¶ Tres seruos tribus vsque modis seruire videmus
Non vni domino tres simul immo tribus
Est nam qui vite fidens mercede future
Subiacet imperiis obsequiisque dei
Hic seruus non est quoniam qui frena salubris:
Iusticie patitur / liber et altus erit
Est quoque qui misero subiectus paret homulo
Ut quondam primi constituere patres
Non tamen hunc totum sibi subiungat imperiosus
Interior vinclis non retinetur homo
Tercius est seruus vicio qui semper obedit.
Hic penitus seruus viuit vtroque modo

¶ Ponit pa. d. q sunt tres serui in isto mundo qui seruiunt tribus. quorum vnus seruit deo et iste non vocatur proprie seruus aliter seruit homini / ⁊ ille vocatur seruus liber. alter seruit dyabolo. et iste proprie vocatur seruus. ¶ Cōstrue. videmus tres seruos tribus modis. seruire. nō seruiunt sup. vni: imo tribus dominis nā ille sup. qui est fidens mercede dei / hic non est seruus quia est liber qm qui pa

titur frena iusticie salubris erit liber et altus.quoq;.i.certe est subiectus qui paret misero homulo:vt primi patres quondã cõstituere.i.cõstituerunt nõ tñ imperiosus preceptor sup.subiugat sibi hunc totũ:homo interior.i.anima non retinetur vinclis.tercius est seruus qui semper obedit vicio.hic seruus viuit penit⁹ vtroq; modo.id est subiicitur hominibus ⁊ dyabolo committendo vicia.

¶ Ut perpendiculo paries equetur oportet
Ne damus hoc ipso deficiente ruat
Quomodo stare potest titubantis machina mundi.
Si fundamentum debile fallet opus
A simili si quis sublimes tendit ad artes
Principia partes corde necesse sciat
Artes post partes veteres didiscere poete
Idcirco magnum promeruere decus
Primo dictantes/et postea versificantes
Can dentes ferule supposuere manus
Partibus imbus imbutos sappentia duxit athenas
Quadriuium triuio continuando sibi.

¶ Ponit aliã parbolã.d.ꝙ si aliquis homo vult facere aliquam domum illa domus non poterit se sustinere nisi habeat bonũ fundamentũ ⁊ ꝙ parietes siue muri equentur per pendiculo/ne muri titubantes cadant ꝑpter defectũ fundamẽtorum/⁊ opus fallat.i.decipiat. Ad propositum dicit ꝙ si aliquis tendat in artes sublimes:necesse est primo vt sciat principia et partes cordetenus quia qui nescit partes in vanum tendit ad artes. ¶ Con.oportet vt paries equetur perpẽdiculo ne domus ruat.i.cadat/hoc ipso deficiante.s.muro quando machina muri titubãtis potest stare si fundamentũ debile opus fallat. A simili si quis tẽdit ad sublimes artes necesse est sup.vt sciat primo partes,corde veteres poete didiscere.i.didicerunt artes post partes.idcirco promeruere.id est promeruerunt magnum decus primo dictantes.id est cõponentes et postea verificantes:manus candentes sup.posuere ferule sapientia duxit athenas.id est ad athenas imbutos paribus continuando sibi triuio.id est grãmatica logica et rhethorica.quadriuium.id est geometricam/astrologiam/arismeticam et musicam.

¶ Illicitos miserande puer compesce furores
Scito ꝙ ad mortem commouet hostis eos
Aufert ab his mentem:miserosq; videro dolores
Altera plus istis sunt meditanda tibi
Est o memor ꝙ puluis eris et vermibus esca.
In gelida putrydus quando iacebis humo
Non erit in mundo qui te vlera videre
Cum tua fecidior carne rupta caro
Cur proprio caput ense secas:cur sponte cathenas
Demonis incurris cur sua iusse facis.
Motibus assipue surgentibus obuius obsta.

Ne superet qui te sic superare putat

¶ Ponit vltimā parabolā dicēs sic. O puer miserāde cōpesce furores illicitos / & scito ꝙ hostis cōmouet eos vt cōducat te ad mortē auferēdo tibi mēte de eis q̄ debes cogitare quid fueris / quid sis / et quid eris. Tu fuisti de limo terre fact⁹. Tu eris cras puluis. Et eris vermib⁹ putredo qn̄ iacebis in limo terre. Tu vides qn̄ homo est mortuus nemo vult videre eum vltra. Cur ergo secas caput tuū ꝓprio ense. cur ergo intras spōtem cathenas demonis. Obsta et scis obuius assidue suis motibus surgentibus contra te repugnādo ne vincat te. ¶ Con. O puer miserāde cōpesce furores illicitos: scito ꝙ hostis cōmouet eos ad mortē. Aufer ab his mētem: q3 pro et videto dolores miseros altera sunt meditanda tibi plus istis. Esto memor ꝙ eris puluis & esca vermibus quādo iacebis putredo. i. humo gelida. nō erit in mundo qui te velit videre vltra cum caro tua sit fetidior carne corrupta. Cur secas caput tuum proprio ense: cur sponte incurris cathenas demonum: cur facis sua iussa. obsta. i. sis obuius motibus carnis sup. surgētibus assidue. ne dyabolus sup. superet qui putat sic te superare.

¶ Heu quid homo tantum querit qui transit vt vmbra
Qui nunc stare putat nunc cadit yma petens
Qui certum manet huic nisi mors et mortis ymago
Hunc semper sequitur / hunc tenet / hunc trahit
Heu cur gaudet homo / cur ille superbit et ad quid
Cur ducit statum qui cinis est et erit
Non sic non quoniam perit illa putato vap
Ros cacit et vite cursus ad yma cadit
Sic stat homo vel vico facto cetera constant
Quid plus sunt vanum singula queq3 nichil

¶ Dicit actor. Quid homo tantum querit: qui cū credit stare & transit vt vmbra et cadit ad yma qn̄ putat stare. Et quid homini mane certū nisi mors siue ymago mortis quem semper sequitur trahit atq3 tenet. Heu cur homo gaudet atq3 superbit & ad quid: cur etiā ipse homo ducit statum / qui cinis est & erit. Et cur cupit sibi subdere omnia putando se semper posse viuere: sed nō est semp sic: qm̄ illa putatio vana perit et deficit atq3 cadit sicut ros et ruit ad yma: et quid plus omnia predicta et singula queq3 sunt vana et transitoria / nec in ipsis constat esse aliq̄d firmitatis. Et ideo homo debet recuperare siue desiderare que sunt vera & eterna bona nō transitoria siue caduca operando virtuose & exercēdo in rebus piis. & vt ipsis mediātibus possit acquirere regnum celeste siue paradisum quod nobis concedat ille qui est trinus et vnus. Ameu. Constructio est plana.

¶ Liber parabolarum Alani cum glosa finit feliciter
Impressum Londoñ Per honestissimum virum
Julianum Notary In tempell barre / moram
trahentis ad intersignium trium Regum
Anno incarnationis domini Millesi-
mo quingentesimo quinto die ve-
ro prima mensis. Junius.